Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Epitaphium|| In Obitum Re-||verendi Patris, Ac Fide-||lissimi Praeceptoris, D. Philippi|| Melanthonis,
Ersteller:	Thomas Brunner
Signatur:	2 an Strob. 8. 1858

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

EPITAPHIVM IN OBITVM REVERENDI PATRIS, AC FIDELISSIMI PRÆCEPTORIS, D. PHILIPPI Melanthonis, Scriptum à Thoma Pegæo Lanshutenſi.

Paruus in hoc tumul	O, lector, requieſco Melantho	N
Hoc mihi nil aliu	D dulcius eſſe put	A
Intueor vult	V ſummum fulgente parente	M
Lætus, triſte nihi	L territat ante Deu	M
In miſero done	C miſeri nos viuimus orb	E
Plectimur vt Chriſt	I corpore, membra pi	A
Poſt in pace ſumu	S, ſuperum verſamur in auli	S
Vult Deus & Sancto	S præmia habere ſu	A
Sic modo ſum regn	I conſors, non amplius exu	L
Me Deus hîc miſeru	M noluit eſſe di	V
Eximiaq́; fid	E mihi cernitur ipſe Lutheru	S
Lux Euangeli	I quo patefacta duc	E
Aſpicimus pulchr	E quæ nobis gaudia monſtra	T
Nos, Chriſtus, refouen	S pignora cara ſin	V
Triſtia damna di	V certamina plurima vid	I
Hora dedit requie	M, mens pia regna vide	T
Omnia præterit	I ceſſârunt temporis act	A
Non me deliru	S liuor, ut ante, peti	T
Percipiet ver	E pœnas ſub funere, luct	V
Reddet cuiq; pate	R præmia digna Deu	S
Extremoq́; di	E dabit oſſa virentia iuſt	O
Chriſtifugis præte	R tartara nigra nihi	L
Abſq; ſuo ſtult	E qui tentant ardua iuſſ	V
Turbent vt pace	M dilacerentq́; bono	S
Viue, diuq́; val	E pie grex, pia membra valet	E
Rebus &, ô ſoci	I conſulitote pij	S

ALIVD

Ergo iaces venerande pater, diuine Melanthon,
Et tua nunc gelidum contegit oſſa ſolum.
Mortalis tua vita fuit, nunc viuis in æuum,
In te mors poterit iuris habere nihil.
Te Deus innumeris auxit virtutibus vnum,
Te docuit Chriſti ſpiritus ipſe viam.
Quo duce ſparſiſti patulum tua ſcripta per orbem,
Quæ longè ſuperant omnia ſcripta patrum.
His meritò claris certas doctoribus, extant
Diuini ingenij tot monumenta tui.
Nec te ſola quidem celebris Germania nouit,
Notus es Eois occiduiſq́; plagis.
Ergo tuum viuet ſanctum per ſecula nomen,
In tua nil iuris funera liuor habet.

F I N I S.